infelicis belli reliquiis cum insuper ergastula armasset Siciliam
Sardiniamque habebat iam et classe medium mare insederat.
O quam diversus a patre ille Cilicas extinxerat, hic cum piratas na
vales agitaret tanta mole belli penitus in Siculo freto iuvenis
oppressus est. Magnique famam ducis ad inferos secum tulisset si nichil
temptasset ulterius nisi quod magne indolis est signum sperare semper
perditis enim rebus profugit Asiamque velis petit venturus ibi in
manus hostium et cathenas et quod miserrimum fortibus viris
ad hostium arbitrium sub percussoribus moriturus non alias post Xer
sen miserabilior fuga. Quippe modo trecentorum quinquaginta
navium dominus cum sex septemve fugiebat extincto pretorio lumine anu
lis in mare abiectis pavens atque respectans et tamen non timens
ne periret. Bellum Ventidii contra Parthos :–

Quamvis in Cassio et Bruto partes sustulisset in Pompeio totum
partium nomen abolevisset nondum tamen ad pacis stabilita
tem profecerat Cesar cum scopulus et nodus et mora publice secu mora
ritatis superesset Antonius nec ille viciis defuit quin periret imo omnia
expertus ambitu et luxuria primum hostes deinde cives tandem etiam
terre seculum liberavit. Parthi clade Crassiana altius animos
extulerant civilesque discordias populi Romani leti acceperant itaque ut prima
affluxit occasio non dubitaverunt erumpere ultro quidem invitante
Labieno qui missus a Bruto Cassioque quis furor scelerum sollicitave
rat hostes in auxilium et illi Pacoro duce regio iuvene dispulat
Antonia presidia Saxa legatus ne veniret in potestatem a gladio
suo impetravit denique ablata Syria emanabat latius malum hos
tibus sub specie auxilii sibi vincentibus nisi Ventidius et hic legatus
Antonii incredibili felicitate et Labieni copias ipsumque Pacorum et
omnem Parthicum equitatum inter Orontem et Eufraten simulate cecidisset
viginti amplius milium fuit nec sine consilio ducis qui simula
to metu adeo passus hostem Cesaris succedere donec assumpto iactu
spatio adimeret usum sagittarum. Rex fortissime dimicans cecidit
mox circumlato eius per urbes que defecerant capite Syria sine
bello recepta sic Crassianam cladem Pacori cede pensavimus

Exceptis invicem Parthis atque Romanis Bellum Anthonii cum Parthis
cum Crassus et Pacorus utrimque virium mutuarum documenta